

A habitu virgineo & liberali indutas in castra mitterent pro ingenuis. Atque si signum ipsa face daret, Romani adorientur armati vino somnoque sepultos hostes. Id quod factum est, Philote facem ex caprisco exerente, stragulis & tapetibus tergo objectis, ut lumen hostem falleret. *Plut. in Camillo, & Macrob. l. 1. Satur.*

Nexa & Churmione, Cleopatra ancilla, spontaneam dominæ mortem secuta, suis gladiis se confoderunt. *Plut. Latris ancilla Cynthia. Proper. l. 4. Epigr. Deliciae meæ Latris, cui nomen ab usu est.*

Thermis à serva Italici generis, à Phraate Parthorum rege ob pulchritudinem adamata, regina Parthorum constituitur. *Ioseph. l. 18. c. 3. Antiq.*

Cyrensis ancilla Carinæ. *Ovid. l. 2. Eleg. Comere sed solas digna Cyrensis deas.*

Proconesia ancilla ejusdem diei coitu alterum domino similem, alterum procuratori ejus peperit. *Plin.*

Acme Judæa, ancilla Julæ Cæsaris uxoris, corrupta muneribus ab Antipatro Herodis filio, falsis confictis literis, Salomon Herodis sororem de insidiis accusavit. Sed re detecta, Acme à Cæsare occisa est. *Ioseph. l. 17. c. 8.*

**INSOLENTES, PERFIDÆ.**  
Agar ancilla Abraham, postquam (Deo in lege natura de monogamia dispensante, & polygamiæ permittente) à Sara data esset in uxorem ipsi Abraham, & ex eo concepit, despexit dominam suam; quod nempe ea sterilis esset, seque concepit videret. Quare Sara affixit illam; quæ fugit à facie illius in solitudinem. *Gen. c. 17.*

Constante Imper. adhuc vivente, & Constantio insidias Athanasio viro sanctissimo struente, cum fuga sibi consulisset, apud notum quendam hominem in subterraneo & caliginoso specu, atque olim cisterna, latuit, nemine præter ancillam conscio. Quæ, quod fidelis esse videretur, ad usus necessarios ei inserviebat. Postquam autem in hoc magno studio adversari incubuere, ut virum vivum caperent, & ancilla ea, pecunia ab illis corrupta, mercede cum proditura erat, præveniens Deus insidias ei indicavit. Ita ipse alio concessit. At illa, ut quæ contra heros suos falsa dixisset, plagas reportavit. Gravis siquidem eis constituta fuerat pena, qui Athanasium celare comperit fuissent, ut qui contra Imperatoriam justitiam niterentur, & rectam Reipub. administrationem tollerent. Multi sane eo nomine res duras sustulerunt. *Nicoph. Castil. l. 9. Hist. c. 34.*

**OPESQUENTIS.**  
Obsequens, & fidelis, plus quam credi potest, fuit Abram ancilla Judith, quæ non terribi comitari dominam suam per castra Assyriorum, & conscia eorum quæ illa moliebatur, sublecut, eique in omnibus morem gessit. Quæ etiam egrediendi à Bethulia in castra, imposuit Ascopam vini, vas olei & polentam, & lapates, & panes, & caseum. Cumque Judith in tabernaculo Holofernis nimia ebrietate sopiti esset, ipsumque trucidaret, stetit illa ante ostium, & oblectavit: mox caput ipsius Holofernis abscissum, à domina sua accepit, & in peram immisit, ac per media castra in urbem detulit. *Judith c. 9. Io. 11. 12. 13.*

**ANCILLARUM OFFICIUM.**  
Docuit id Angelus, dum fugienti Agar apparuit, quæ prima Angelica visio fuit, dicens: Agar ancilla Sarai, unde venis, aut quò vadis? eaque respondente, A facie Dominae meæ ego fugio: ille, Revertere ad dominam tuam, & humiliter sub manu illius. Sapum & verè Angelicum consilium ancillis immorigeris & dycolis dandum. *Gen. c. 17.*

*Consule Tit. Servorum. Vbi multa quæ ad hunc locum mutata sexu referri possunt, tam de officio servorum erga dominos, quam & contra dominorum erga servos.*

**ERGA ANCILLAS DOMINARUM OFFICIA.**

Quomodo domine erga ancillas se habeant, consilium S. Joann. Chrysostr. & crudelitatis erga easdem puniit.

Mulier quædam Christiana, memini, jam annos supra vii. profluvium patiebatur sanguinis. Contubernalis vir ejus, ut qui anxiam ageret curam pro ejus curatione, multa jam insumpserat in medicos, nec quicquam evaluit efficere. Eadem cum audisset, quæ per B. Jo. Chrysostr. Deus edidisset signa, obsecrabat virum suum, ut se traduceret ad illum: credebatur enim, tamen sum indigna, quæ cernam Angelicam

ejus effigiem, at certe novi, quia non me à se rejiciet, neque abominabitur me peccatrice, exemplum imitatus communis omnium Domini, qui à se nequaquam dispulit simili vitio obnoxiam, sed facta similitudine vestimenti sui sanantur restituit. Hujus igitur viri cum jumento imposuisset, ducit ad monasterium; & relicta ea extra januam, una cum ipsius comitibus ingressus ad Joannem projecit se ad pedes ejus dicens: Pater, auxilium sis nobis apud Deum. His dictis, causam exposuit adventus. Tum Joannes, exultatione facta de tanta potestate sibi data, & allatis causis, cor Deus homines percutiat, dixit: Dic uxori tuæ, finem ut imponat impudenti suæ voluntati; definat à præfracta & contumaci temeritate, qua erga ancillas suas usa est, agnoscens se esse ejusdem cum eis naturæ, & ex eadem conspersione sive masculinitate, tamen in præsentia vita domina earum vocetur: imphæ omnia demolitur ac dissolvit, factaque repente in impressione, utramque (dominam & ancillam) exequatur. Dic rursus, ut sedulo citam obeat anime propriæ, sollicitè incumbens referendis pauperibus & egenis. Observe præfinitos, & expressè statutos dies sanctorum ac venetabilium jejuniorum. Iisdem diebus ne se contaminet per ingluviem immodicam, fed in sancta Dei Ecclesia vacet orationi. Quòd si hæc audieris & observaveris, Deus quoque vires suggeret & sanitatem. Vir autem hæc omnia reuocavit uxori. At illa laxata voce ait: Pater sancte, tua hæc cum primis honoranda, & quæ Deum nihil dedecet, præcepta omnia observabo ad extremum usque vite halitum. Reversus ad sanctum vir ejus dixit: Ecce, Pater, condixit, quæ à tua sanctitate iusta sunt ei, omnia te facturam. R. Reliquum est, ut ne nos averteris, ut ne excidamus aut frustremur percepta prece nostra et usque humiliati. Tunc respondens B. Joannes dixit: Perge in pace. Dominus noscitur Jesus Christus sanabit eam à tormento, quo cruciatur. Eadem hora festi sanguinis profluvium, sensitque sibi esse restitutum sanitati. Cumque gratiarum actionem exolvisset, qui cum ea erant, univèri receperunt se in domos quæque suas cum gaudio magno, publico præconio protestantes beneficia, & admittibilia Dei opera eque facta per sanctum servum suum Joannem. *Greg. Archiep. Alex. in vita S. Jo. Chrysostr.*

**ANCILLARUM FESTUM. G**

Rome fuisse celebratum festum ancillarum septimonas Julii, auctor est *Maer. l. 1. Saturn.* Eoque Matrone sacrificabant Junoni, in gratiam ancillarum, quæ illo die singulare beneficium præstiterant Reipublicæ, detegendo quasdam insidias. Ob cujus meritum festivitate illa decoratae eas Romani. Quo modo Bruxella in Belgio, mense Januario, celebratur magna civium exultatione festum Matronarum, quod vocant Veiperam muliercularem: quando mulieres in viros suos velut prærogativam regiminis usurpant: idque ob memoriam cujusdam beneficii per eas præstiti maritis, in avertenda publica seditione, prout quidam seniores narrant.

**ANDROGYNI.**

*Qui nonnullis Hermaphroditi.*

**DURATIO.**

*Isidor. de summo bono* ait: Angeli sunt natura mutabiles conditi, sed facti contemplatione immutabiles, animo impassibiles, mente rationales, stirpe æterni, & beatitudine perpetui. Cum enim sint immateriales, non subjiciuntur temporis continuo, neque mensurantur eo, sive quoad essentiam, sive quoad operationes: sed quoad essentiam suam mensurantur ævitate: (dicitur namque ævitas, quæ licet principium habeat, sine tamen catet) quoad operationes verò, tempore discreto.

**ILLUMINATIO.**

Illuminatio in Angelis est manifestatio veritatis, secundum quod habet ordinem ad Deum. Fit autem per impressionem alicujus similitudinis, sive speciei, aut alicujus creati in intellectu Angelico. Et dicit S. Dionys. de caelesti Hierarchia; quòd Angeli inferiores illuminantur à superioribus, idque loquendo.

**LOCUTIO.**

Locutio Angelorum est simplex manifestatio conceptuum intellectus & voluntatis, quæ fit, quando inferior Angelus L. B. Theaur. vit. Human. Tom. I.

**DEFINITIO & ETYMOLOGIA.**

ANGELUS Græca dictio est ἄγγελος, nuncius dicitur, ἄγγελος etiam nuncio est. Hebr. Maleach, id est, nuncius, Censet Scalig. Angelum dici à Persica voce Angar, quæ cursorum & nuntium significat, mutata K, in L. Angelus autem nuncius appellatur, quum à Deo veluti judiciorum vel misericordiarum executor, vel malus, vel bonus spiritus mittitur.

Unde David Psal. 103. Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos flammam ignis: quem locum etiam adducit Paul. ad Hebr. c. 1. v. 7. Quod sic exponunt nonnulli: qui Spiritus facis tuos Angelos, id est, nuncios, idque velocissimos & efficaces tanquam ignes: alii verò sic, qui faciunt Angelos suos veloces inquit spiritus, id est, ventorum, &c. Unde Chaldaeus vertit. Qui facit nuncios suos veloces sicut spiritus, & ministros suos fortes sicut ignis.

**ANGELI NOMEN, NATURA, ET COGNITIO.**

Angelus nomen est non naturæ, sed officii. Nam sancti illi caelestis patriæ spiritus, ait magnus Gregor. hom. 34. in Evang. semper quidem sunt Spiritus, sed tunc solum sunt Angeli, quando per eos aliqua nuntiantur. Unde Psal. Qui facis Angelos tuos spiritus. Hi ergo qui minima nuntiant, Angeli: qui summa, Archangeli dicuntur. Græca enim lingua ἄγγελος nuncius, ἄρχαγγελος summus nuncius appellatur. Ideoque Angelus ille qui verbi divini Incarnationem venerat nunciare, Archangelus fuisse dicitur.

Eit autem Angelus substantia creata immaterialis, incorporea, indivisibilis, incorruptibilis, & spiritalis, intellectus perspicax, & voluntate pollens. Ex quo sequitur, Angelum non nisi habere duas potentias naturales, scilicet intellectum, & voluntatem.

D. Io. Damascen. ita Angelum definit: Angelus est substantia intellectualis semper mobilis, arbitrio libera, incorporea, Deo ministrans, gratia, non natura immortalitatem suscipiens: cujus substantiæ speciem & terminum solus qui creator est novit. *Lib. 3. c. 4.*

Angelus triplici modo res cognoscit. Per species inditas, insulas, prout in propria natura consistunt, & dicitur cognitio vespertina. Per cognitionem in verbo, & dicitur cognitio matutina. Eaque iterum est duplex: una naturalis, quæ cognoscunt verbum per ejus similitudinem in eorum natura relucentem: eamque habuerunt primo creationis instanti: altera gloriæ, quæ cognoscunt verbum per essentiam, & non per similitudinem. Sicut autem hæc cognitiones per media sibi invicem subordinata, quorum unum perficit aliud, adeoque non repugnant, quòd sint simul. Alius modus cognoscendi est per revelationem.

**MOTUS LOCALIS.**

Angelus, cum sit immaterialis & indivisibilis, non occupat locum, nec proprie movetur motu locali, nec circumferitur loco: licet esse possit in loco per contactum virtutis, sive per operationem. Fit autem ille contactus per applicationem cognitionis loci, & operationis, ac voluntatem efficacem operandi. Unde dicitur esse in loco definitivè, ita ut quando est in uno, non censetur esse in alio extra sphaeram suæ activitatis.

**DURATIO.**

*Isidor. de summo bono* ait: Angeli sunt natura mutabiles conditi, sed facti contemplatione immutabiles, animo impassibiles, mente rationales, stirpe æterni, & beatitudine perpetui. Cum enim sint immateriales, non subjiciuntur temporis continuo, neque mensurantur eo, sive quoad essentiam, sive quoad operationes: sed quoad essentiam suam mensurantur ævitate: (dicitur namque ævitas, quæ licet principium habeat, sine tamen catet) quoad operationes verò, tempore discreto.

**ILLUMINATIO.**

Illuminatio in Angelis est manifestatio veritatis, secundum quod habet ordinem ad Deum. Fit autem per impressionem alicujus similitudinis, sive speciei, aut alicujus creati in intellectu Angelico. Et dicit S. Dionys. de caelesti Hierarchia; quòd Angeli inferiores illuminantur à superioribus, idque loquendo.

**LOCUTIO.**

Locutio Angelorum est simplex manifestatio conceptuum intellectus & voluntatis, quæ fit, quando inferior Angelus L. B. Theaur. vit. Human. Tom. I.

convertitur ad superiorem, & vult, quòd superior cognoscat, aut videat cogitationes, & volitiones suas: quòd nisi veller, nullus, Deo solo excepto, eas videret. Loquuntur etiam Deo, non per manifestationem alicujus, quòd prius erat occultum: nihil enim potest Deo esse occultum; sed per conversionem, ordinando se in Deum, ad modum quo in humanis discipulis loquitur magistro. *D. Greg. ait: Angeli loquuntur Deo, cum per hoc quod super semetipsos respiciunt, in motum admirationis surgunt.*

**NUMERUS.**  
Angelorum immensam multitudinem esse constat ex illo Danielis, *Milia millium ministrabant ei, & decies centena millia adstebant ei.* Unde & *Dion. de Caest. Hierarc. c. 9.* Multi sunt beati exercitus supernarum mentium, infimam & adstrictam nostrorum materialium numerorum commensurationem excedentes.

**ORDINATIO ET DISTINCTIO: UBI DE HIERARCHIS ET ORDINIBUS.**

*Dion. c. 6.* Caestis Hierarchie, adfirmat, Angelos à principio suæ creationis fuisse ordinatos, & distinctos in tres Hierarchias: & quamlibet Hierarchiam in tres gradus, sive F. ordines, vel choros.

Hierarchia, idem est quòd facer Principatus: & includit principem, & multitudinem sub principe. Tres autem hæc Hierarchie sunt velut tres modi recipiendi illuminationes.

I. Hierarchia recipit immediate illuminationes à Deo: & habet tres choros. Primus est Seraphin: quod nomen impositum est ab excessu charitatis. Unde Angeli hujus ordinis reliquos præcellunt charitate.

Chorus II. est Cherubin: ab excessu scientiæ ita vocatus, quæ Angeli hi reliquos præcellunt.

III. Chorus Thronorum, & habent hanc excellentiam super inferiores, quòd in Deo recognoscant immediate rationes divinarum operum. Et quæ hoc commune omnibus Hierarchiis, quòd excellentia inferioris continetur in superiori, non è conversò.

II. Hierarchia est multitudo eorum, qui recipiant revelationes, sive illuminationes immediate non à Deo, sed ab Angelis superioris Hierarchie. Chori hujus Hierarchie sunt Dominationes: & Angeli præcipiunt agenda: quòd est do. G. minorum.

Alter Chorus est Potestatum, quorum munus est ordinationem designare: juxta illud, Qui potestati resistit, divine ordinationi resistit. Ordinant igitur hi actiones divinas, quas superiores agunt in inferiores, eas sursum duendo.

Chorus III. Hierarchie, secunde, est Principatum, quasi illorum, qui primi sunt in executione eorum, quæ imperantur.

III. Hierarchia est inferiorum Angelorum, qui illuminantur à superioribus, & per quos illuminantur homines, ad quorum salutem Angeli ex hac Hierarchia mittuntur: qui tamen à superioribus Angelis illuminantur: eoque sensu omnes dicuntur ab Apostolo, administratorii Spiritus. Primus Chorus hujus Hierarchie est Virtutum: qui importat excessum fortitudinis ad divinas operationes. Unde per eos curantur infirmitates, &c.

II. Chorus Archangelorum est, quorum munus est nuntiare ea, quæ sunt majoris momenti: suntque velut principes inferiorum Angelorum. Ita legitur de Michaele, & Principe Periarum.

III. Ordo Angelorum est, qui nullam excellentiam supra communem manifestationem habent. Eorum autem munus est minima nuntiare, & curare, quæ ad salutem hominum pertinent.

S. Dionys. censet, quatuor primos ordines supernorum Spirituum tempore Deo assistere, unde eos vocat assistentes, reliquos verò ministrantes dicit, quòd ad omne ministerium mittantur. Ita ille *Caest. Hierarc. c. 8. & 13.* quamvis alii omnes omnino Angelos à Deo mitti arbitrentur. Videatur *S. Th. 1. p. q. 112. art. 4.*

**NOMINA.**

De his ita *Greg. hom. 34. in Evang.* Angeli idcirco privatis nominibus censentur, ut signetur per vocabula, etiam in operatione quid valeant. Michael namque idem est, quòd quis ut Deus. Gabriel fortitudo Dei. Raphael verò dicitur medicina Dei. Unde quoties miræ virtutis aliquid agitur, Michael mitti perhibetur, ut detur ipso nomine intelligi, quia nullus facere potest, quòd facere prævalet Deus. Unde & Dux Cælestis, & pop. fidelis habetur. Ad Mariam quoque Gabriel mittitur, D d 4 qui







A Beato autem Michaeli Archangelo, eod quod animarum re-  
praesentandarum habet et officium, spiritali erat amore de-  
votior, propter fervidum, quem habebat zelum ad salutem  
omnium salvandorum. D. Bonav. in vita c.9.

Demon obsistit cultui Angelorum.

Bungi in Japone anno 1555. familia fuit, quam jam a  
centum annis demones infestabant, & molestia in posteros  
quasi hereditaria transibat. Paterfamil. opes omnes plac-  
andis Idolis infumperat: potius auctum iis, quam cessavit  
malum. Triginta annorum filium demon occupavit, ita ut  
nec patrem, nec matrem agnosceret, nec quindecim diebus  
quicquam cibi fumeret: sub horum finem, Patrum Societa-  
tis unius cum accessit, iustique, ut D. Michaelem nominaret.  
Dum divum nominat, vehementi tremore cepit concuti, &  
varios motus membrorum edere, ita ut circumstantibus ter-  
roris fuerit. Invocante vero Patre Deum Patrem, & Filium,  
& Spiritum sanctum, subito a demone molestus agitata est: qui  
etiam in ea loquebatur. Certis temporibus Patris nostri  
concionibus auditis, Christianam fidem suscipere voluit:

Cum vero sacro fonti effus admovenda, conaraturque prin-  
cipio se sacro signo crucis munire, tremere vehementer ac  
concuti cepit. Pater preces fundebat assidue & sollicitè:  
ipsa vero factum Jesu nomen, & D. Michaelis proferre nite-  
batur; sed magis ipsam tunc demon irritavit, obstruendo  
os & comprimendo. Tandem vero in cantum prorumpens  
exclamat: Si Idola Xacam & Amidam scelerum Japonen-  
sium auctores rejicimus, nullus superest qui idolatri debeat,  
alique praesentia protulit, nec esse, quod in iis reprehende-  
re quicquam posset. Quadam die, innumeris Christianis  
praesentibus, pater sacrum fecit, cui quoque intererat De-  
moniacæ: quo finito rogat, qui valeret? Optime, ait, Jus-  
ta vero D. Michaelis nomen pronuntiare, tremere, ac den-  
tes stringere cepit; & demon se velle exire dixit; sed quon-  
iam jam a tot annis ea familia pro hospitio uteretur, non  
libenter migrare. Juber iterum Pater S. Michaelis nomen  
proferre; & respondit illa, id permolestum esse, & lacrymas  
fundens & conquerens; Quid, inquit, me veritam? Chri-  
stiani itaque omnes in orationes cotruunt, dumque satis diu  
orant, demon occupatam hætenus prædam deseruit. Ipsa  
vero subito potum petiit. Admonita, ut Jesum & Mariam  
invocaret, tanta suavitute utrumque protulit nomen, ut  
Angeli vocem viderentur sibi audire. Delrio lib. 6. disquisit.  
magic. cap. 2. sect. 3. q. 3.

P. PETRUS Faber, primus sacerdos, primus verbi divini  
præco, factæque Theologiae in Societate Jesu professor, ac  
adeo primus B. P. Ignatii ejusdem Societatis parentis & con-  
ditoris fidus admodum comes, cum ex Germania, ubi glori-  
æ æterni Numinis amplificandæ non in casum insudasset,  
discederet, perque Genueensem Diocæsim, natale solum,  
viam faceret, jucundo identidem sermone usurpabat, quod  
trajectis quam plurimis hæreticorum finibus, miram animi  
haesitit jucunditatem, propterea quod quamcumque per-  
means paræciam, tutelares eorum Angelos salutasset, quos si-  
bi fuisse propitios persenserat, sive ad declinandam hæretico-  
rum insidias, ac dolos fallaces, sive ad reddendas pluri-  
morum animas leniores, & salutaris doctrinæ percipiendæ  
capaciores. Atque illud tanto cum fervore iterabat, ut que-  
dam primaria mulier, florentibus tum adhuc annis, cum ex  
ejus ore audivisset, jam a quadriennio, hoc est, sexaginta  
D. annis post magno animi sensu frequens repeteret. F. de Sales  
cap. 16. de vita pie insituen.

CUSTODIA ET DIRECTIO.

ANGELORUM.  
EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Angelus Domini, qui præcedebat castra Israel, quando  
recedebat populus de Aegypto, stetit inter castra Aegyp-  
tiorum & castra Israel; unde in Exod. Ecce ego mitto Angelum  
meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat ad  
locum quem præparavi. Exod. cap. 13.

Apparens Gedeoni Angelus Domini, confortavit eum, &  
animavit ad liberationem populi. Judic. cap. 6.

Fugientem Eliam a facie Jezabel pessimæ Reginæ Ang-  
elus Domini confortavit, & sobrio cibo eum refecit. Lib. 3.  
Reg. cap. 19.

Raphael Archangelus cum Tobia juniore è domo patris  
egressus promissit se hædem ejus comitem toto itinere futu-  
rum, salvumque ad locum destinatum perduciturum. Tob. E.  
cap. 5.

Idem Tobias cum pervenisset ad fluvium Tigris, & in eo  
vellet lavare pedes suos, insiliit in eum piscis immanis ad  
eum devorandum; sed Angelus Raphael eum defendit, &  
ab eo periculo liberavit, voluitque, ut fel ejus acciperet ad  
restituendam parenti cæco visionem. Idem Tob. cap. 6.

EXEMPLA HISTORICA.

Angeli custodes Locorum Deo dicatarum.

Anno Incarn. Dom. 674. pius Rex Carolus in Italiam pro-  
fectus est, atque dum ibi esset, Saxones ad præsidia Franco-  
rum cum exercitu exeuntes, obsidentem quoddam castel-  
lum Buriaburg, quam Ecclesiam concrematae foris castel-  
lo voluerunt, quam sacraverat B. Bonifacius Martyr.  
Subito autem apparuerunt duo juvenes miræ claritatis &  
candoris, videntibus tam Christianis quam paganis, qui  
ipsam Ecclesiam defendere videbantur. Horum aspectu ter-  
ribili perterriti Saxones in fugam versi sunt, sicque castrum  
illud ab obsidione liberatum. Ado Viennens. in Chronic. et. ar.  
6. anno Domini 774.

Cum Endoxia Augusta repeteret suum Paulacium Du-  
cem exercitus, quem Joann. Chrysolomus in Ecclesia deri-  
nebat, & suorum secretariorum relatu audisset, quod non ab-  
solveretur, nisi ipsa iremisset ad viduum Callitropem quin-  
quaginta aurea numismata per Paulacium ab ea vixorata,  
illa indignatione, & incandescencia animi oppleta, eadem  
hora jubet Centuriones duos eod proficisci cum ducentis  
militibus, cum mandatis edicens eis, ut ingressi Ecclesiam  
in jecta manu illinc Paulacium abirent, & è manu Episcopi  
aveherent, absolutumque reducerent domum. Illi cum ad  
limen suum pervenissent vestibuli Ecclesie, ac voluissent  
ingredi, viderunt Angelum Domini pro foribus vestibuli  
stantem, manu sua thomphaeam tenentem vestibus illi vagina  
exertam, eosque abarcentem ab ingressu vestibuli. Contem-  
plati igitur ejusmodi spectaculum, vehementi timore corre-  
pti, & ad Imperatricem reversi, cum tremore, quæ vidisse  
ei renuntiarent, simul & quonam pacto ad verum eis  
ipsam distinxisset thomphaeam. Hæc cum inaudivisset Im-  
peratrix, exterrita est, & mentis perturbatione confertata  
unâ cum stupore, nec sic tamen præconceptum adversus  
Joannem odium ab animo profugavit. In vita S. Joan. Chry-  
sostomi per Godefr. Tilmann. scripta.

Abbas Barnabas ascendit ex spelunca sua ad monaste-  
rium turrium, & cum fuisset ibi aliquantulum temporis, qui-  
dam alius Anachoreta abiit ad speluncam ipsius, ingressus-  
que vidit Angelum Dei stantem super altare, quod fecerat  
senior, atque sacraverat; atque ad Angelum: Quid hic agis?  
Cui Angelus ille; Ex quo sanctificata sunt ista, a Deo ipso  
mihi credita sunt. In Prælo spirituali cap. 10.

HOMINES pro fide certantes videntur.  
Cum Patricius, sive Patricolus, Alparis filius, adhuc  
Arianus, designatus esset Cæsar, ob eam causam magne tur-  
bæ Constantinopoli fuerunt excitata: Alpar enim, & filii  
Ardaburii & Patricii, tota domus, Arii insaniam mirum  
in modum amplectebantur. Cum itaque Constantinopoli-  
tani omnes essent pleni tumultu, communitur convenerunt,  
& ducibus Geladio & Marcello, viro sanctissimo, monasterii  
Acæmetarum Archimandrita, venerunt in Hippodromum. H  
ut ab inhonesto & indigno hoc cepto arcerent Imperato-  
rem Leonem XIII. Qui ipse quidem ad hoc erat prompto &  
alacri animo, sed cedeat temporis Alparis & Ardaburii.  
Cum ergo sic paratus esset Christi exercitus, eis quoque  
Deus ostendit Ducem, & tantum interesse inter sanctum  
Marcellum Acæmetarum Abbatem, & alios sacerdotes at-  
que Pontifices, quantum inter exercitus Ducem & Impera-  
torem, atque adeo si velis, inter Militem & Ducem. Hoc fuit  
evidens signum: Nam inter ambulandum videbantur, qui  
digni erant ea videre, juvenem quendam statura maximum,  
forma assumpto pulcherrimum, & zona cinctum aurea, aspectu  
quidem tam candidum, ut nitem videretur superare, tam lu-  
cidum autem, ut clarior luce coruscaret. Lana erat tunica,  
eaque nive candidior. Eum ergo videbant a sinistris simul  
cum magno Marcello ambulantes veluti quendam satellitem,  
sineul terribilem, & manum veluti supponentem susti-  
nuisse femur, & cum maxima reverentia non desisse ei in-  
servire. Ex actis S. Marcelli apud Sur. 29. Dec. Bar. tom. 6.  
Pere.

A Peregrinus a periculis excimunt.

Raphael Archangelo duplex officium attribuitur, via  
unam, medicina alterum: est enim hic Angelus & dux ite-  
nerantibus, & medicus morbo laborantibus: nam non solum  
Tobiam juniorem in via conduxit, & sanum custodivit, ac  
conjugatum, divitiisque plenum ad ades paternas reduxit;  
sed etiam Tobiam seniore excecatum illumnavit. Quod  
autem hic Angelus, dux & custos viae itinerantibus extitit,  
pater hoc miraculo. Dum enim quidam Aurelianensis ad  
S. Jacobum peregrinaretur, Angelo Raphaeli, quem in  
devotione habebat, quem ducem & custodem audierat, se  
specialiter commendavit. Cum autem in via errasset, & ap-  
propinquans sylva prædones supervenientes conspiceret,  
festinavit iter, ut eos evaderet: Et cum aliquantulum  
processisset, quidam se sibi quasi comitem viae conjunxit,  
& causam tantæ festinationis quaesivit. Cui cum causam expo-  
suisset, & hostes se insequentes ostendisset, ille eum hortari  
cepit, ne timeret: quia ipsum sine læsione ad ream viam  
reduceret. Et cum hoc loqueretur, supervenerunt ad flu-  
vium; cumque ille nec pontem, nec navem ad transeun-  
dum conspiceret, nec viam transevadendam sciret, adhuc  
magis timuit, & se a comite deceptum putavit. Et ecce, cum  
prædones irruentibus omni desistenti auxilio se Angelo  
Raphaeli commendasset, subito ex alia parte fluminis cum eo  
se translatum vidit, & hostes circa flumen mirantes dimisit,  
subitoque ei comes ille disparuit: sicque viam profecutus  
est. Cum autem iterum rediens ad locum illum appropin-  
quans in eosdem hostes irruere dubitaret, gravi sopore sub-  
ito depressus labi arbore dormitavit. Cui in somnis comes il-  
le, qui eum trans flavem exverat, apparuit; seque esse  
Raphaelem Archangelum, cui se commendarat, asseruit,  
qui eum in via custodierat, & usque ad domum saluum du-  
cere intendebat. Evigilans ille se ad unam diætam prope  
civitatem suam reperit, & salvus rediens, Beato Archangelo  
gratias egit. P. de Natali ad Catal. Sanctorum lib. 4. c. 141.

BERTHARIUS Longobardorum Rex pulsus regno a Gri-  
moaldo, in Britanniam navigare constituit. Cumque navim  
ingressus in altum ferretur, vox à litore audita est: Re-  
vertatur Bertharius in patriam suam, qui tertius est dies  
hodie, quod Grimoaldus Rex mortuus est. Qui navi ad lit-  
tus retroacta, cum neminem ibi videret, vocem eam fuisse  
Angeli rectè suspicatus est. Statim itaque reversus, regnum  
Longobardorum obtinuit. Regino lib. 1. Paul. Diacon. lib.  
cap. 13. Sabell. lib. 8. cap. 6.

Iter dirigunt.

Anno Dom. 1144. cum exercitus Christianorum insidias  
circumventus, & in extremas angustias conjectus, ab obli-  
vendo Bostro metropolitani Arabum recederet, duce cælesti  
nuntio incolumes omnes ad propria redierunt. Cum ergo,  
ut scribit Tyrius, in inevitabilia incidissent discrimina, & et-  
rarent omnes in invio & non in via, & angustus locorum  
interclusi essent, ab ingruentibus hostibus cadendi, nec ha-  
berent ducem, qui agmina præteret, & locorum, per que  
transituri erant, haberet peritiam; ecce subito cohortes  
præcedens miles quidam ignotus, albi fessoi equi, rubei  
coloris vexillum bajulans, lorica indutus, curtis uique ad  
cubitos manicis, atcedebat exercitum. Hic tanquam An-  
gelus Domini exeret, viarum sequens compendia, &  
Dad aquas præius meognitas congruis, & commodis stati-  
onibus castra metati dicebat. Quibus ductus Hierosolymam  
usque, illo admirabiliter perfusus ministerio, ab omnium mox  
evanuit oculis. Quall. Tyrius lib. 18. cap. 12. Baron. tom. 12.  
ann. 1144. num. 11.

Cum S. Dominicus aliquando ad S. Sabinam profecturus  
esset, ut consolaretur filios suos, Priorissa & Sorores loci,  
unde abibat, inrebat eum retinere, quod jam ferè me-  
dia nox esset, nec conuilum videretur, ut inde abiret. Sed  
ille non acquievit, dicens: Dominum planè velle, ut eant  
ad Fratres, eunque missurum cum ipsis Angelum suum. Ita-  
que assumpto Fratre Tancredo, qui erat Prior sive Præ-  
fectus Fratrum, abcessit: Et ecce ad portam juvenis elegan-  
tissimus adest, manu virgam tenens, tanquam ad iter accin-  
ctus, illoque antecedit. Tum vir sanctus socios Fratres in-  
ter se & illum voluit ingredi: ipse tunc loco sequebatur.  
Ubi ad Fratrum portam ventum est, eam diligenter scris ob-  
firmatam ceruente. Mox juvenis via dux ad quandam por-  
tæ ejus partem se applicans eam aperit, primique ipse in-  
greditur; sequuntur Fratres; demum post illos intrat vir

Sanctus. Sed juvene rursus egresso, porta clausa inventa est. E  
Scificitante autem ex Beato viro F. Tancredo, quis ille juve-  
nis fuisset, S. Dominicus respondit: Angelus Dei fuit, ab  
illo nobis custodiendis delegatus. Unde cum in Ecclesiam,  
nocturnas preces cum Fratribus persolururi, intrarent, Fra-  
tres mirabantur, quoniam januis clausis eis aditus paruisset,  
lib. 3. vitæ ejus cap. 6. apud Surium tom. 4.

B. BENEDICTUS, cum de loco, cui Sublacus vocabulum  
erat, ad montem Cassinum transmigraret, ad omne bonum  
duo ei Angeli occurrerant, viam, qua ire deberet, præmon-  
strantes. Sigebert. in Chronico anni 529.

ELIZABETH de Gravia apud Nivellam in Brabantia virgo  
devotissima fuit. Hæc cum socia devota & bona de Nivella  
in Leulos ad duo ferè millaria properabat, & contigit eis  
in via, quod devia sunt secuta: Pavefactæ ergo propter fil-  
viam proximam flere cæperunt. Quibus flentibus vehemen-  
ter subito juvenis apparuit coram eis. Erat autem juvenis,  
ut mihi eandem una narravit, crine crispo & croceo, al-  
ba indutus tunica, & albo patet collobio superducto. Sa-  
lutatus autem illis, ab eis, quod pergerent, inquiri. Re-  
spondentibus vero illis: In Leulos ire vellemus: Siviã sciri-  
ret, inquit; & ille: Scio inquit, me sequimini. Illo  
igitur cum silentio præcedente, sequuntur & illæ: nec fuit  
aliqua eorum, quæ aliquid loqui poterat præ nimio mentis  
gaudio vel stupore. At ubi properantes viderunt villam,  
subito in ictu oculi ductorem juvenem perdidit. Quæ  
mox prostratæ in terram amare cæperunt flere, quod la-  
ctori tanto nihil amplius sunt locutæ. Ad cor autem post la-  
crymas redeuntes, Deum magnificè collaudarunt, & læ-  
pitiis dulces factum ad memoriam reducentes, exinde in spi-  
rituali vita tali solatio profecerunt. Thom. Cantiprat. lib. 21  
apud cap. 54.

Florentibus auxiliantur.

Consimile duobus Fratribus Ordinis Prædicatorum (ut  
per Fratrem Henricum de Colonia Prædicatorem elegantissi-  
mum inter Fratres indubitabili relatione didicimus) con-  
tingit in partibus Galliarum, illo Ordine noviter inchoa-  
to. Gradientibus namque duobus Fratribus Prædicatoribus  
jejuniorum tempore, ante Pascha, cum jam instaret tem-  
pus prandii, hora nona, & secum quærerent, quis fideli-  
um eos ad refectorem reciperet in terra rara hominibus, &  
ignota, subito affuit juxta eos vir elegantis formæ, & habi-  
tus peregrini, dicens: Quid confertis inter vos, fratres mei?  
Illis autem verecundantibus dicere, quid dixissent, ait eis:  
Modice fidei, de hoc inter vos dubii quærebatis, quis vos  
ad refectorem reciperet in terra rara hominibus & ignota?  
Christo credite veritati, qui non hesitantis, & in se con-  
fidentibus repromissit, dicens: Primum quærite regnum Dei,  
& hæc omnia adjicientur vobis. Credidistis in hoc Christo,  
ut temporalia ista pro illo dimitteretis, & paupertate regnum  
cæculi quæreretis, & nunc de Christo diffidistis, ut vos sine  
refectione dimittat, & non quasi filios pascat? Absit, & hoc  
vobis signum. Transibitis campum istum, & in valle qua-  
dam villam parvulam invenietis. Illic intratis Ecclesiam,  
invitabit vos presbyter affectu magno, sed superveniet mi-  
les, qui vos violenter auferet sacerdoti. Et cum vos deducet,  
persona loci, qui aliter patronus dicitur, maximis precibus  
a milite obtinebit vos, & ambos invitatores vestros, mili-  
tem scilicet & presbyterum, vobiscum largissimis ferculis  
reparabit. Confidite ergo in Deum, & fratres Ordinis ve-  
stri exemplo isto confidere faciatis. Hæc ut dixit, repente  
disparuit. Illi autem per ordinem, ut eis prædixerat, omnia  
repererunt, & revertentes Parisios, dicto Fratri Henrico de  
Colonia & Fratribus quibusdam aliis, que sibi congerant,  
retulerunt. Et norandum, quod non solum Christus, sed  
& nobis in mente ejus Angeli ministrabant. Unde ipse Chri-  
stus suos confortans dixit: Ecce ego dispono vobis, sicut  
disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super  
mensam meam in regno meo. Idem ibidem lib. 2. Apum, cap.  
54. par. 11.

DOCTRINA HOMINIBUS AB

ANGELIS DATA.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

TOBIAS Angeli Raphaelis consilio exenterat piscem, un-  
de medicamina tollit. Tob. cap. 6.

Angelus Raphael ducens juniorem Tobiam, per viam  
optima consilia illi suggererat, instruebatque sigillatim, qua  
ratione matrimonium inire deberet, non hominum carnalium  
more, sed cum sancto Dei timore, & crebra oratione. Ibidem.  
Angelus



A Angelus Domini hortatur Philippum, ut Eunuchum Candacis Reginae catechizet, &c. *Act. cap. 8.*

EXEMPLA HISTORICA.

Ann. Domini 1000. Meifca Polonorum Dux Christianam complexus fidem, Legatos suos Romanam miserat, ut Pontificis Silvestri II. benedictionem, & regium ipsi titulum imperarent. Assenserat quidem Pontifex, & jam coronam egregio opere confici curaverat, quam ei mitteret, sua benedictione adjuncta. Sed quia novit Dominus, qui sunt ejus, qui etiam duobus Apostolis propositis Mathiam socio suo praelit, & cum Apostolis annumerandum curavit: illa corona Stephanum Ungarorum Regem ornari voluit, postea felicitis gloria sempiterna coronandum. Nocte enim ejus diei, quo statuerat Pontifex coronam Polonorum Principi dare perferendam, apparuit ei Angelus Domini, dixitque ad eum: Noveris, cras, hora diei prima, ignota gentis nuntios ad te venturos tuo Duci coronam Regiam & Apostolicam benedictionis munus abs te expectatos: eam ergo coronam, quam parare jussisti, illis incunctanter tribue, ad ipsum Ducem eam asportaturus; nec dubites, illi eam cum Regni gloria pro vita ejus meritis debere. Itaque crastina luce, ea hora qua predictum erat, Praeful Africus ad Pontificem venit, demandatumque sibi officium prudenter exequens, sanctique Ducis gestas ordine referens, a sede Apostolica Regni coronam petiit, ostendens, dignum esse Ducem eo honore & dignitate, quippe qui divina fretus ope, multos sibi populos subjugasset, multoque infideles sua potentia ad Christum converteret. Is auditis mirè exhilaratus Pontifex, precibus illius libenter annuit, crucemque ante Regem ceu Apostolatus insignie gestandum adjunxit: Ego, inquit, sum Apostolus: ac ille merito Christi Apostolus diei potest, cujus opera tantum populum sibi Christus acquisivit. Atque ea causa, quemadmodum divina gratia ipsum docebit, Ecclesiam Dei unà cum populo nostra vice ei ordinandas relinquimus. Omnibus impetratis quae postulabat, Antistes Africus ad suos laetus revertitur, illud secum ferens, cujus causa iter illud emensis erat. Allatis verò Apostolicæ benedictionis litteris cum corona & Cruce, Praefulus cum Clero, Comes cum populo in laudes Dei prorumpunt, & diademate Regio feliciter coronatur. *Carissimi Episcopus in vita S. Stephani R. cap. 7. Baron. tom. 10. ad annum 1000.*

Cum die quadam S. Stephanus Pontifex Maximus & Martyr celebraret, & ei Melanias ministraret, Angelus Domini à dextro altaris afficit, quem utique illorum vidit. Qui à Melanias finita Missa baculum dedit, & eum urbi Rothomagensi à Deo electum Episcopum nunciavit, & ut illic ad praedicationem accederet, mandavit, Christumque ipsi ductorem futurum promisit; statimque disparuit. Melanias ergo continuo accepta benedictione à Pontifice discessit, & Christum itineris ducem habuit. Veniens autem Antistodorum, invenit hominem, qui casu bipenni pedes in duas partes dividerat. Quem baculo, quem ab Angelo acceperat, retigit, & ipsum sine mora sanavit. Veniens autem Rothomagum, praedicationis officio fideliter instruit, & miraculis clares ferè totum populum ad Christum convertit. *P. de Nat. lib. 9. Cat. Sancti.*

Concionatoribus praesunt. Cum divus Ambrosius Episcopus Mediolanensis Auxentium Episc. Arian. caeteroque Arianos provocasset, ut se differentem in Ecclesia convenirent, evenit tunc, inquit Paulinus, ut quidam vir de heresi Arianorum, acerrimus nimium disputator, & durus, atque inconvertibilis ad fidem Catholicam, ad Ecclesiam se cogeret. Is constitutus in Ecclesia, tractante Episcopo, vidit ( ut ipse postmodum loquebatur ) Angelum ad aures Episcopi tractantis loquentem, ut verba Angeli populo Episcopus renuciare videretur. Quo viso conversus, fidem quam expugnabat, cepit ipse defendere. *Paulin. in vita ejus apud Baron. tom. 4. anno 448.*

Ad martyrium incitant. LAURIANUS Hispanensis Archiepisc. vit sanctissimus, cum Hispani divino cultui diligentissime serviret, & Christianos ad augendam fidem Catholicam animaret, Rex Hispaniae temporis illius, nomine Totila, exitum ei parabat. Quamobrem Laurianus per quietem Angelum ita sibi dicentem audivit: Surge, Lauriane, & ab hac urbe statim discedas: Nam civitas haec propter hostium Christianae religionis tyrannidem gravissima longissimaque peste vexabitur; & Hispania tota septem annos nullis irrigabitur pluvius, & flu-

mina ferè omnia deficient. Quo audito Laurianus surgens Romam statim profectus est, ubi sanctissimus viri numeris miraculis cognoscitur. Mox autem ab eodem Angelo monitus, ut in Hispaniam rediret, quia pro fide Christi martyrium pati eum oporteret. Revertens itaque, in itinere à Totila regis satellitibus capite obruturatur. Quod quidem caput manibus suis accepit. Quod cum satellites vidissent, metu perterriti, ad fidem Christi conversi, & baptismatis oleo peruncti, caput Lauriani flentes Hispaniam detulerunt, & cum Regi omnia, quae viderant, retulissent, Rex Christi nomen quoque assumpsit. *Lucius Marinus Siculus lib. 5. de reb. Hispania.*

Ad fidem exercitant.

Sancta Golinduch marty, post consumptum in matrimonio triennium, per extasim extra seipsum apta, ab Angelo, dispensationis salutis nostrae mysterio est initiata, proindeque magis Perficis, unde progenita erat, multaque veteribus & tormentis, quae omnia superavit, expetita, miracula infinita & prodigia mirifica elidit; identidem Angelo, qui dux ejus fuit, ad eam veniente, & ut leniter & facile omnia perferret, curante. *Niceph. lib. 18. cap. 15. Evagr. lib. 6. cap. 20.*

Consulo Titulum de Revelatione.

AUXILIA ANGELORUM IN BELLO. EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

Michael Archangelus pro Dei populo in Egypto pugnavit, quando per multa signa & miracula à Pharaonis servitute liberatus est. *Exod. cap. 7.* Cum Pharaonis exercitus Israelae de Egypto exenntem persequeretur, Angelus, qui praecedebat castra Israel, conversus, venit & stetit inter castra Aegyptiorum & castra Israel, & toto quidem noctis tempore ita Israelae tuebatur ab Aegyptiis, ut ad se invicem accedere non valerent. *Ibid. cap. 14.*

Stetit Angelus Domini in via contra Balaam, qui sedebat super asinam, &c. *Num. cap. 22.*

Multae Angelorum legiones Prophetam Eliseum circumstant, quare orat Dominum, ut oculi quoque pueri sui aperiantur, ut & illi, quantis essent circumdati copiis, videre liceret. *lib. 4. Reg. cap. 5.*

Stipendium quoque auxilium fuit, ac verè militare praesidium, quando unus Angelus nocte una in propugnacionem civitatis S. Hierusalem percussit in castris Assyriorum centum octoginta quae milia. *Ibid. cap. 19.*

Judith Angelo duce & superbum vicit Holofernem, ejusque defectis cervicibus totum confudit exercitum, & salva atque intacta cum spoliis à triumpho reversa est. *Judith cap. 13.*

Ex praelio, quo Judas Machabaeus Timotheum vicit, quinque in equis ornati aureis armis apparuerunt, & quibus duo Machabaeus defendebat: tres autem alii ante primam aciem acriter hostes invadebant. *2 Mach. 10.*

Alio item praelio, quo Judaei contra Lyfiam dimicantur, procedere in aere videntur duos equites insignes, quorum praesidio ferocis Lyfiae exercitus proftratus est. *2 Mach. 11.*

Post mortem Moysi, cum callidus daemon conaretur populum Dei ratione sacri ejus corporis inducere in idololatricam, Archangelus Michael zelo honoris divini ardens & salutis populi, validè se illi opposuit, eumque in fugam coniecit. *Deuteron. ult. cap. in Epist. S. Iude.*

Deinde in consummatione saeculi, fortissimus hic Arch. apparebit ad bellum cum Antichristo ineundum, qui confectis miraculis fideles pervertere conabitur, ut Ecclesiam Dei adversus terribilem illam persecutionem tueatur.

EXEMPLA HISTORICA.

In eo loco, qui Sothenium dicitur, Ecclesiam duas Archangelo Michaeli extruit Constantinus Imperator, in quibus splendide exornandis ad Imperialem magnificentiam nihil omisit. Moxi verò molestum non fuit, earum structurae causam inferere, & unde loco isti Sothenii nomen fit impostum. Memoriam namque prodrum est, Argonantis Graecorum, cum ad eum quoque locum pervenissent, praedari atque diripere eam regionem cepisset, & ab Amyco, qui ibi rerum tum potiebatur, in fugam verfos, palantes in quendam nemorotum, & incul-

Atum, propter densitatem arborum, locum profugisse; ibique eis latentibus, virtutem caelitus advenisse, viri specie alas veluti aquile in humeris habentis, victoriamque adversus Amycom oraculo denunciasse. Illos porò id leucos cum illo confuisset, victoriam reportasse, ipsum unà cum focis suis concidisse. Atque ut gratiam ei referrent, sanum eos & statum, ea, qua eis apparuerat, forma, in loco eo exaltasse; nomenque regioni Sothenium indidisse, quod scilicet robore ibi accepto salvi evasisent. Eam statum laudatissimum Princeps Constantinus, cum in eam otam necessaria de causa divertens vidisset, familiaribus comitibusque suis rem talem exposuit; regioneque eam cum stupore admiratus, ibi mansit. Somni porò capiendi tempore assistens illi visio statum ejus similitudine; Ego, inquit, sic sum Michael archidux Domini Sabaoth virtutum, Christianorum fidei tutor, qui tibi contra impios tyrannos belligeranti, fidei & germano illius ministerio auxiliaria arma contuli. Itaque è somno excitatus regionem eam pulcherrimè excoluit, & ara imperialis, magnificaque id templum civibus suis Orientali constructa, celeberrimum id templum civibus suis mul & advenis reddidit. Maxime tamen sacram eam adtem apparitionibus suis illustravit Archangelus. Nullus enim gradvi quopiam casu, aut ineluctabili periculo, aut egritudine incognita, morbo denique incurabili circumventus, qui ibi Deum orans imploraverit, non facile opem & auxilium invenit. Et cerò satis creditur, divum Michael em Archangelum apparere ibi solum, salutariter eum efficere locum, cujus rei gratia ab antiquis etiam Michael est vocatus. *Niceph. Call. lib. 7. histor. cap. 50.*

Narrat Cromerus lib. 10. hist. Leifcum Polonorum Principem cum parva manu insequitur multa Lituanorum milia, qui Poloniam direxerant, cumque ex labore itineris paululum requieverit, Michael Archangelus illi addiit, & suum illi auxilium promisit, ac de victoria certum reddidit: qui victor rediens, eidem Angelo Lublini templum extruxit. *lib. 10. hist. Polon.*

Mortuo Idigerde Persarum rege, qui Christianos in Persia haudquaquam persequutus fuerat, filius illius Baratanus nomine in regno succedit. Hic à Magis persequis Christianos graviter exagitavit, vastique Perficis supplicis ac tormentis subiecit. Itaque Christiani qui in Persia erant, necessitate pressi ad Romanos confugerunt. Atticus Episc. supplicium auxilium implorantes contumant. Atticus Episc. supplicantes cupide suscipit, ac totus in eo erat, ut pro viribus ipsis succurreret, & Imperatori Theodosio que gereretur significavit. Accidit autem, ut ob aliam quoque causam Romanis Persis redderetur infens: auri liquidum sorsores mercede à Romanis conductos Persae restitueri volebant, & Romanorum negotiorum merces abfulerant. Itaque ad hanc offensam etiam faga illa Christianorum ad Romanos accessit. Etenim Persarum Rex confestum missis Legatis profugos repetebat. Romani verò eos nullo modo tradebant, qui ad ipsos confugerant, quos non solum tanquam supplices servare volebant, sed etiam ad ferendum omnia pro Christianismo parati erant. Quocirca bellum etiam cum Persis gerere malebant, quam Christianos periclitantes deserere. Diruptis itaque ob hanc causam federibus, grave bellum excitatum est. Itaque Theodos. Roman. Imper. pattem exercitus primùm misit, qui praesuit Dux Ardaburius. Hic per regiones Armeniorum expeditione in Persiam D facta, unam ex illis Provinciis Azazennem dictam vastat. Occurrit autem illi Marfaeus Dux Regis Persarum exercitu Perfico, factaque congressione victus fuga labatur, sciens commodum fore, ut per Mesopotamiam in regionem Romanorum nullo praesidio manum ex improviso irrueret, & hoc pacto vindictam de Romanis fumeret. Verùm Rom. Ducem Narfae consilium non latebat. Vastata itaque Axaxena, quam velocissimè ad Mesopotamiam & ipse movit. Ob eam causam Narfaeus, quamvis multis copiis instructus, in Romanam tamen regionem intrare non potuit. Venit itaque Nisibis, quae civitas in confinis est, ad Persas pertinet. Hinc Ardaburio significat, velle se ex pacto cum ipso configere, ut & locum & diem consultationi deligeret. Ardaburius verò us, qui ad se venerat, Narfaeo, inquit, dicite, Romani Imperatores, non quando tu vis, pugnant. Cum autem Persiam totis viribus bellum intruere sciret, totam bellissem in Ducem coniecit, ac simul maximum exercitum bello destinavit. Quoniam verò fidem in Deum habebat Imp. evestigio beneficentiam illius est consequutus, quod ex eo factum est manifestum. Cum Constantinopol.

anxi essent, & dubium belli eventum hastrabundi expectarent, Angeli Dei circa Bithyniam iis, qui Constantinopolim necessitatis suae grata proficiscbantur, apparentes nunciare jusserunt, ut bono animo essent, & precarentur, Deoque fiderent, victuros esse Romanos, ac simul addiderunt, esse bellum hujus dispensatores à Deo missos. Hoc audito, non solum civitas confirmabatur, sed & milites confidentiores facti. Quibus promissis exitus etiam respondit. Nam Romani Persas in civitate Nisibienorum conclusos obsecrunt, & occiderunt. Ad haec Saraceni, quorum multae myriades, Duce Alamundaro, Idigerdiarma tulere auxilia: at tantum subito Deus incussit terrorem, ut Romanorum copias in ipsos derepente irruisse existimarent, atque cum inter se ipsos tumultuarent, & non haberent, quod aufererent, ipsi se armatos in fluvium Euphratem praecipitantes; in quo homines circiter centum millia submersi sunt. *Socrus. Scholastic. lib. 7. hist. cap. 18. Niceph. lib. 14. cap. 21.*

Justinus Imp. audita Homeritarum Christianorum strage per Dunaan Regem tyrannum Apostatam Hebraum quam dirissime perpetrata, per Alexandrinum Catholicorum Antistitem, Elesbaan Regem Aethiopum virum Christianissimum ad ultionem parandum excitavit. Elesbaan omnium, quae facta fuerant, confensus, cum validum collegisset exercitum, per continentem misit quinquem millia Aethiopum ad Homeritidis partes magis Occidentales, ipse verò per mare classem ducerebat, ut sic hostes coererent. Rex autem cum jam esset navigaturus, venit in templum, ad cujus fores regia veste aliisque insignibus Imperi deponitis, ingressus est quidem privato habitu; stans autem ex adverso aze, cum Deum multum orasset, & sanctum monachum consulisset, benedictione ab eo accepta, abiit letus, & cum jusisset exercitui, ne ferrent viaticum plus quam viginti dierum, navigavit. Sed neque negligens fuit Rex Homeritarum: validum enim inducens exercitum, venit in eum locum, in quem expectabatur venturus Rex Aethiopum. Dolo se porò artes Dunaan irruere redduntur: nam quidam milites Elesbaan ex imperato incidunt in hostes, quos omnes occiderunt, praeter tyranni cognatum, qui milites ad civitatem Phare duxit, in qua erat Regia Dunaan, a quibus fuit spoliata, & Regina capta. Reliqua verò pars multum Christianorum, quae summa rerum necessarium inopia laborabat in mari, & ab hoste irruente valde premebatur, longa supplicatione facta, & sacra communione sumpta, cum lacrymis Domini invocatum auxilium. Ipse autem eos audivit, & stram vox quaedam fuit de caelo audita, quae dicebat: Gabriel, Gabriel, Gabriel. Confidentes itaque Aethiopes cum descendissent de navibus, & manus conseruissent cum Regibus, eos fuderunt, & omnes interfecerunt, etiam Regem ipsum catena vincitum. *Videtur apud Baron. tom. 7. ad annum 523. num. 25.*

Anno Domini 601. qui numeratur quintus Regum Francorum Theoderici atque Theoderici fratrum, confatum est civile bellum inter eos, atque Clotharium filium Regis Chilperici, haeredem verò Guntheramni; magnaue facta utrinque caede, cessit tandem victoria Theoderico atque Theoderico, fugiente Clothario. In qua pugna, ait *Aimoinus*, Angelus Domini astant evaginatum visus est tenuis gladium. *Aimoinus de gest. Franc. lib. 3. cap. 87. & 88. Baron. 8. anno 601. num. 30.*

In Duello adfuit. Tradit Luitprandus, Venceslaum Bohemiae regem occurriffe in finibus Duci Carinensi, qui fines regni hujus vastabat, eique obtulisse singulare certamen, ut multorum caedi-H pars parceret. Ubi ventum est ad manus, Angeli apparere, qui Venceslaum protegentes arma ministrabant: Quo viso Dux petiit veniam, eaque obtenta discessit. *Luitp. 1. 2. hist. cap. 14.*

VICTORIAM IMPERTIUNT.

Congensse regnum anno Domini 1484. Lusitanorum clasibus est exploratum. Cumque Christo Rex nomen dedisset, unà cum multis suorum, victoriam mirabiliter de quibusdam rebellibus vexillo crucis educto in praemium reportavit. Joanni nomen huic Regi fuit. Eo defuncto, filius natus major Alphonsus sequebatur: minor erat omnino alienus: quocirca in certamen acquirendi regni venerunt. Innumeri, qui nondum Christum colebant, natu minore sequebantur, & maximas copias adversus alterum paucis stipatum militibus consiciebant. Ventum tandem ad pugnam. Vix initum praelium, Christi hostes in fugam se protinus subito pavore correpti dederunt. Dux exercitus hostilis captus palam con-



A confectus est, se magnam militum copiam in equis insidentem, & crucibus insignitam, tantaque luce splendens, ut oculos omnium perstringeret, in praelio conspexisse; eas meti perterritum cum suis se fugae commisisse. Oforius lib. 3. hyst. Thom. Bozins de signis Eccl. lib. 5. Hostes invadentes profugiant.

Beato Moyfi Abbati quodam tempore tam vehementem inultu impugnationem fornicationis demon, ut quiescit in cella sua nequiret diutius permanere. Contulit se itaq; ad sanctum Abbatem Isidorum, ac violentiam insultus hujus acerrimi magna cum animi molestitudine narravit. Cumque de scripturis sanctis Abbas Isidorus testimonia proferens cum consolaretur, cumque, ut in suam cellulam revertetur, rogaret; isque, ut id faceret, non posset induci; tunc illum Abbas Isidorus ad suam mansuetudinem superiora perduxit, eique dixit, Respice ad Occidentem, & vide: Vidit autem versus illam mundi plagam innumerabilem demonum multitudinem vehementer cum furore perturbati, & quasi ad praelium preparados in conspectum turmatim ruere & pugnare. Dixit ei iterum Abbas Isidorus: Respice ad Orientem.

B Cumque eam in partem attentius oculos conjiceret, vidit innumerabilem sanctorum Angelorum frequentiam, splendentes super lumen solis caelestium virtutem. At tunc ei Abbas Isidorus: Ecce, quos in Occidente vidisti, illi ipsi sunt, qui etiam Sanctos Dei impugnant: Quos vero versus Orientem conspexisti, hi sunt, quos in adiutorium servis suis mittit Dominus exercituum Deus. Cognosce igitur, quod plures nobiscum sint, quam cum illis, sicut dixit Elias propheta, ut & S. Joann. ait: Quia major est, qui in nobis est, quam qui in hoc mundo. His auditis confortatus in Domino sanctus Abbas Moyses reversus est ad cellulam suam, gratias agens, & glorificans Domini Jesu Christi potentiam & bonitatem. Hier. Platus lib. 3. de bono statu Relig. cap. 18.

Cum Gaius genere Scythicus, magister militum, Arianus, studio tyrannico vehementer elatus, adipisci desideraret imperium, qui pridem de sua fide apud beatam martyrem Euphemiam in Chalcedone Imperatori Arcadi promississet, diversa consilia revolvebat, & in sua intentione semper instabat: Cumque per diem nihil in urbe Constantino-politana agere potuisset, machinatus est, ut nocte barbaros mitteret, qui palatium concremarent. Tunc vero apertè monstratum est, quomodo Deus custodiat civitatem. Missis enim ab eo barbaris ad incendium atque praedas, Angelorum turba apparuit armatorum ingentia corpora habentium. Illi vero putantes esse milites, abesseferunt. Cumque hoc Gaius fuisset nunciatum, incredibile visum est; novaret enim omnem exercitum pro civitate constitutum. Quapropter denud sequenti nocte alios destinavit. Cumque idem ei renuntiatum fuisset, denud Angelum eandem visionem ostendebat; novissimè ipse egressus cum multitudine, miraculi fumpsit experimentum, arbitratus reverè, quòd per diem quidem lateret exercitus, nocte vero pro ejus custodia poneretur. Et ita quum intra urbem nihil posset implere, egressus est Thraciam, & apertè hostilem monstravit intentionem. Hystor. Tripartita lib. 20. cap. 6. Socr. lib. 6. c. 5.

Vide Tit. de Victoria virtute divina impetrata.

D ANGELOS E CARCERE, ALIISQUE VITAE INCOMMODIS, ET PERICULIS MORTALES ERIPERE.

EXEMPLA S. SCRIPTURAE. Venerunt duo Angeli ad Loth, percussissent incolae caecitate, & eam quasi violentiam inferentes, cum mane è periculo civitatis eduxerunt. Genes. 19.

Raphael Angelus, qui fuit dux Tobiae junioris, cum à devoratione piscis eripuit, uxorem ejus à demonio liberavit. Tobiae 5.

Idem Angelus Demone, ne Tobiam, velut omnes alios mulieris maritos, occideret, comprehensum alligavit in deserto Aegypti. Ibid. cap. 8.

Angelus Domini in ardente fornace inter rapidissimos flammæ ardores conservavit Sidrach, Misach, & Abdenago. Daniel. 3.

DANIELEM Prophetam in foveam leonum conjectum, ab eorum ferocia Angelus Domini liberavit. Ibid. cap. 10.

Angelus Domini apparuit Joseph post adorationem Magorum, eique dixit: Surge, & accipe puerum tuum, & fuge in Aegyptum. Matth. cap. 2.

Angelus Domini noctu apertens januam carceris educit E. inde Apostolos. Act. cap. 5. PETRUM quoque Apostolum à carcere Herodis catenis vincum liberat. Ibid. cap. 12.

EXEMPLA HISTORICA.

LIBERATI EX CARCERE.

Cum tres Magi ex Oriente adorandi Deum causa venissent, muneribus oblati, dextrè admodum eum salutassent, & ut filium Dei, & rerum omnium Regem honorassent: in ipso divertorio sibi petroclaudum esse statuerunt, tanquam familiarem cum eo consuetudinem studiosè ambientes, & eximium quiddam ipsi (sicut dicebant) conciliare studentes. Sed enim ea ipsa nocte Angelus, qui dux viatorum fuerat, illos oraculo admonuit, ut Herodis invidi congressum fugerent. Ita factum, ut per aliam viam reverterentur in regionem suam, videlicet ut quam celerem in Perfarum regionem doctores, & nuncii tantè rei venirent: & præterea, ut Tyranni inhiheretur furor, simulque ut ipse conatum se esse, quæ perfici non possent, intelligeret. Evang. Matth. c. 2. Baron. tom. 1.

Vexatam fuisse Aegyptum Juliani persecutione, Apollonii Sanctissimi Monachi acta fides inter alia faciunt: in quibus cum multa de eo præclare gesta narrentur, quæ hoc potissimum tempore Juliani ipsum pati contigerit, his verbis descripta ab Euagr. referuntur: Hic cum audisset, Juliani ut supra diximus, temporibus, Fratrem quandam ad militiam comprehendendum detineri in carcere (cogebat impium clericos & monachos militare) in carcere venit ad eum consolandi gratia, ut moneret eum in necessitate tenere constantiam, atque imminente contemere ac decidere pericula: Tempus enim, ait, certaminis adest, in quo fidelium mentes tentationibus probeandè sint & nocendè. Cumque his & aliis verbis adhortaretur animum Adolescentis, supervenit Centurio, & indignatus, cur introitus ausus esset, claves intrinsecus carceri imposuit: ipsum quoque, & omnes qui cum eo venerant, pariter conclusit, quos scilicet etiam ipsi similiter ad militiam detinerent officium, constituens quoque custodes quam plurimos abscissit. Medio autem noctis adstrat visus est Angelus ingenti luce resplendens, & obstupefactus, perterritusque custodibus, carceris claustra patefecit. Tunc vero ipsi custodes advoluti ad pedes Sanctiorum rogabant eos dimittere, dicentes, melius sibi esse mori pro his, quam divina virtuti obistere, quæ eorum curam gerebat. Manè vero etiam ipse Centurio cum principibus viris festinus ad carcerem venit, rogans, ut dicerent omnes, qui teneti videbantur. Dicebat enim, domum suam terramotum magno concidisse, & electos quosque famulorum suorum pereivisse. Sancti vero his auditis, hymnum Deo laudè fecerunt, & regressi ad eremum erant in unum positi, secundum Apostolorum exemplum, habentes cor unum & animam unam. Evagr. in Vita S. Apollonii. Baron. tom. 4. ad annum 362.

S. SVVITBERTUS gloriosus Christi sacerdos & Episcopus, unus ex duodecim, qui à S. Presule Egberto, salutis animarum strictissimo, ex Anglia in Germaniam missi fuerunt ad prædicandam fidem Catholicam, venit cum duobus aliis in grandem vicum, dictum Duestat; qui vicus refertus fuit carceronibus, ornatusque diversis idolorum templis, duobus difans militibus à Trajecto ad Orientem. Ubi dum prædicaret Christum verum Deum, qui vitam æternam in se credentibus daret, admonens, ut simulacrorum vanos & inanes contemnerent cultus, eò quòd idola, quæ pro diis colebant, repleta essent demonibus, & nihil salutis habere, nec suis cultoribus auxilium conferre posse affirmaret: statim à paganis & idolorum sacerdotibus capitur, & graviter verberatur, clamantibus & dicentibus: Blasphemator iste nostram profanam legem: deos nostros omnipotentes demonia affirmat, populum seducit, crucifixum solum verum Deum audacter prædicat, & nisi occidatur, aut efigeretur, cultus Deorum nostrorum evacuabitur, & paternæ traditiones exterminabuntur. His dictis, clamore omnium tenetur & in carcerem mittitur, ut altera die occidè trucidaretur: Non enim palam audebant ipsum occidere, quoniam vicus erat sub ditone Christianorum Francorum. Duo aliq; ejus focii dolentes & fientes loquebantur eum usque ad carcerem. Quod cernens sanctus Svvitbertus, læto ore consolando, hortabatur eos constantè stare pro fide Christi, nec mor-

A mortem timere pati pro Christo. Eadem verò nocte circa galli cantum S. Svvitberto orante, ecce venit Angelus Domini cum magna claritate in carcerem, dicens ei: Noli timere serve Dei, quia Dominus tecum est: & vidensibus & stupentibus custodibus carceris, liberavit ipsum, præcipiens, ut constantè Christum paganis ubique euangelizaret. Quo facto, Angelus Domini æthera petiit. Ipse verò ad socios veniens gaudenter, flectens genua, & ipsi secum, gratias devotissimè Deo retulit de Angelica visitatione & consolatione. Pagani verò, & præcipuè sacerdotes idolorum, altera die audientes liberationem illius, vacillare cœperunt de impotentia idolorum, laudantes virtutem Christi. Ipse verò altera die constantissimè prædicans, multos in stuporem vertit, & ad Christum convertit, & nemo iniecit manus in eum. Quo ministerio peracto, cum Trajectum cum sociis pervenisset, omnia per Angelum patrata secum in Duestat, contritibus enarravit. Qui unanimes voce, fientes præ gaudio, benedixerunt Deum. In vita ejus apud Surium tom. 2. 1. Mart.

A PRÆCIPITIO.

Serenissimus ille Princeps Austriacus Maximilianus I. postea Romanorum Imperator semper Augustus, dum per prærupas rupes Oenipontanas aliquando juvenili ardore rupicapras & ibices insequeretur, eò loci evasit, unde nec referre pedem, nec ulterius progredi posset, nisi in præcipitium. Stabat attonitus in abrupto loco infelix ille Princeps, (ut scribit Pighius, ex communi ejus regionis incolæ fama & narratione) temeritatem suam culpans ipse, famis diræ longa tæ, vel morte violenta vitam inibi finiturus: stapebat animum, horror & tremor atque occupaverant, observatur ubique tristissima mortis imago, nec fuit, neque aliquid instrumenti, quibus extraheretur de periculo, ad ipsum aliunde protendi poterant, nec fœmina quæpiam lapidicidarum laboræ mensuris parati. Sebant gregatim hinc inde ambores ac ministris, consilii prosum inopes, dominum quem suum miserum à longè non sine lacrymis prospectabant, quem juvare non poterant. Ipse autem, cum jam noctes atque dies integros duos in tam asflicto statu continè permaneret, nec ulla salutis spes residua videretur esse, mortalis hujus vitæ cupidinem vitæ principis abjicere, & quæ ratione tutius beatoris vitæ caelestem in locum transire posset, cogitare cœpit. Appellat magna voce suos, jubetque, ut quam primum sacerdotibus sacrosanctum Dominici corporis Eucharistiam adferret, & è viciniori loco quo possent sibi monstrarent, ut quando corpus cibo reficere non daretur, saltem oculos à longè, mentemque immortalitati viatico, quantum concederetur, nonnihil muniret, Deumque Salvatore suum præsentem adoratione postrema reconciliare sibi posset. Satisfactum tam pio principis desiderio quam diligentissimè. Sed luctus interea magnus per universam provinciam spargitur. Deplorabant parentes fortem infelicem unicum & dilecti filii. Cum jam ope humana destituta Maximilianus in scopulo, aura fragilis vitæ proflus abjecta, nulla alia re quam immortalitatis, Deique Salvatoris sui contemplatione immet occuparet, audit non procul à se strepitum, circumspiciensque videt arreptæ per rupis costas juvenem quandam ignotum, habitu rusticum, dimovere ingentia saxa, & callem parare. Qui cum ad ipsum D accessisset, porrecta dextera: Machè, inquit, animo virtuteque tua, Princeps: vivit & adest, qui te servare potest: deponere metum inanem, & me sequere, confestim te in tutiora loca traducam. Uti sol per densas nubes clarior emergit, ita mox anxii pectoris angore deterio ferentior redit animus, consistenteque ducem sequitur: paulò post in patentiore via positus, semet ex mortis faucibus ereptum videt. Postero die, cum læto patris edicto promulgato dux ille ubique terrarum quæretur, quo præmio merito posset honorari, nec diu quaesitus invenitur, cognitum pariter & vulgo creditum est, Angelum custodem fuisse à Deo missum, ut adolescentem Principem ad maxima Republicæ Christianæ commoda, & ad Austriacæ domus incrementum grande, & ad immatura morte servaret. Quam opinionem postea res ab ipso præclare gestæ plurimum confirmantur. Ad rei memoriam prius principis semitam lapidicidarum labore munuit, & in eodem periculi sui loco Crucifixi Servatoris nostri imaginem conspicuum è via ponit curavit. Stephan. Pighius in Hercule Prodicio. Vide hanc Historiam prolixè hoc eodem opere titul. de Eucharistia.

A NAUFRAGIO.

Anno Domini 1564. accidit, quod nobis compertum est veridicorum vitorum testimonio, in urbe Astensi, cum ingens fluvius Tanarus à multitudine navigio trajiceretur, demersa in medio navi, omnes etiam nautas, ac reliquos, qui natandi peritia valeret, fuisse aquis obrutos, & extinctos. Visum autem tunc est hoc miraculum: Erat multitudini admixta mulier inops, quæ flumen trajicere influerat, colligendorum lignorum causa, ut suæ liberorumque inopia succurreret. In navigio igitur illo posita puerum triennem dextera tenebat, lætentem alium hæva in sinu fovebat: demersa nave, ipsa cum utroque filio trans flumen devecta est incolumis. Illi non fuere adjumento brachia, ut nateret liberius, detentis filius magna cura. Ita fit, ut Angelum ope incolumes transectos fuisse, hoc omnes fateantur. Quin putatum, nisi mulier adè solertem curam filiorum infantium, magis quam sui, habuisset, illorum memor, sui profus oblitæ, quod verè charitatis est opus, non fuisse eo periculo emersuram. Simon Majolus Episc. VVituariens. dier. Canicul. colloq. 13.

ROBORATI IN TORMENTIS.

Angelos Sanctis in tormentis adesse, eisque animum & alacritatem addere, pluribus exemplis docemur. Ita S. Theodoro Martyri alitit Angelus, eumque robori & sanitati restituit. Audi de eo rata & mira ex auctore vitæ apud Surium 17. Februarii. Cum sanct. Theodorus dux exercitus, in nomine Triantatis draconem infensissimum interfecisset, & Imperatoris Licinii Deos ex auro & argento confictos confregisset, atque pauperibus distribuisset (qua ratione plurimi Christo nomina dabant) Imperator eum accessitum omnibus inimicorum phalangibus tridentem expulit. Beatus autem Theodorus dixit ei: Fremis, o Imperator, sed ego rugio: Tu stertis, at ego exilio: Tu cum Deo pugnas, at ego de Deo dissero: Tu blasphemias, ego verò Deum hymnis laudo: Tu colis Deos mortuos, ego verum Deum vivum: Tu Serapim, ego verò eum qui est super Serapim: Tu Apollinem, ego verò Deum semper viventem: Tu es carbo Thracius, ego verò princeps Romanus: Tu Licimus ventilator, ego verò Theodorus domus Dei. Quamobrem ne agere feras, o Imperator, neque calcitres: hæc enim faciens, tuos ostendis cruciatos; Afini enim & multos tenes figuram. Tunc multa ira plenus Licinius iussit bonum nervum eum cædi, & pluiquam mille plagas inferri. Deinde ferreis unguis lacerati ejus carnes, & lampadibus ignis ustulati ejus ulcera, & acutis testis radi concretum sanguinem. Post hæc martyrem ligno affixerunt per manus & pedes. Arbitratus autem impius Licinius cum esse mortuum, reliquit in ligno pendentem. Circa primam verò vigiliam noctis alians Angelus Domini solvit eum, & reddidit eum sanum corpore, sicut prius, eumque salutavit, & dixit: Gaudes & corroborearis in sapientia & gratia Domini nostri Jesu Christi. Ecce enim tecum est Dominus Deus: & cur dixisti, Recessisti à me? Consumma ergo cursum tuæ decertationis, & venies ad Dominum nostrum Jesum Christum, accipiens coronam immortalitatis. Hæc cum martyri dixisset, hic Domino suo agebat gratias, & cœpit psallere: Exaltabo te Deus meus, rex meus, & benedicam nomen tuum in seculum, & in seculum sæculi.

Cum B. Constantium Perusina Civitatis Episcopum H. Danabi in tormentis, à quibusdam Marci Imperatoris militibus ei inflicis, vires jam deficerent, ad Deum toto corde conversus, Suscipe jam, orabat, spiritum meum, Domine: requiescat in te, qui pro te, te ipso juvante, omni tempore laboravit. Vix dum piæ hæc voces emiserat, cum ecce prælio est ei Angelus Domini, afflicto his verbis confortans: Noli timere, Constanti, ego sum Angelus Dei: misit me Christus, ut plagis tuis curationem adhibeam, ac deinceps tibi adim in omnibus visus tu; & illic omnis plaga curata est. Tunc ille Angelico solatio recreatus, Gratias tibi ago, ait, Domine Jesu Christe, qui per Angelum tuum me in angustiis positum confortasti, & curasti vulnera mea; nunc verè scio, te quidem nunquam deserere sperantes in te. In vita ejus apud Surium 29. Januarii.

S. CHRISTINA in Deum credens, Deos aureos Urbani patris sui præfecti contrivit, & pauperibus distribuit. Ob hoc, jubente patre, alapis afflicta, verberibus dilaniata, ferro onusta, in carcerem conjecta est. Post hoc cum diutissime